

Similiter in epistola dicitur Omnes  
 de saba venient aurum et thus defe-  
 rentes et laudem domino annunciantes  
 Vnde dicit Esa prophetando de natiui-  
 tate christi (O Ierusalem). i. ecclesia  
 (Surge illuminare quia venit lumen  
 tuum). i. christus homo factus qui est lux  
 vera qui illuminat omnem hominem ve-  
 nientem in hunc mundum Ioh. i. quia  
 nullus illuminatus nisi per ipsum (et glo-  
 ria domini). i. filius dei qui est gloria pa-  
 tris (super te orta est). Ly. natura hu-  
 mana assumpta (quia ecce tenebre) in-  
 fidelitas et ignorantie hic in presenti  
 operient terram. i. homines carnales  
 terrena amantes (et caligo) peccatorum  
 (populos super te autem orietur dominus) qui  
 si sol verus (et gloria eius in te vide-  
 bitur). Ly. per operationem miraculorum  
 scilicet leprosum mundationem cecorum illu-  
 minationem mortuorum resurrectionem  
 (Et ambulabunt gentes) qui prius in  
 tenebris ydolatrie fuerunt (in lumi-  
 ne tuo). Ly. i. in lumine fidei cristiane  
 (et reges in splendore ortus tui) hoc  
 intelligitur de tribus regibus venien-  
 tibus orta stella ad presepium domini (Le-  
 ua in circumitu) scilicet mundi (oculos  
 tuos). Ly. ad omnem differentiam orbis  
 respectu hierusalem. ubi primo predi-  
 catum est euangelium. et inde alibi per  
 christi discipulos derivatum (et vide)  
 id est intellige (omnes isti congregati  
 sunt) fideles in unitate fidei cristiane  
 (venerunt tibi filii tui). i. puuli in cri-  
 sto (de longe venient et filie tue de la-  
 tere). Ly. i. de prope (surgent) per-  
 forato in cruce christi latere effluxit  
 sanguis redemptionis et aqua baptis-  
 mi. de quibus facta est ecclesia. sicut  
 ex costa lateris ad eam facta est eua-  
 ter omnium hominum viventium (tunc vi-

debis). Ly. multitudinem credentium  
 (et affluens) consolationibus divinis  
 et mirabilibus). Ly. ex tanta veloci multipli-  
 catione quia a tempore apostolorum derivata  
 est fides cristiana ad omnes partes terre  
 habitabilis (et dilatabitur cor tuum)  
 Ly. pro gaudio (quando conversa fue-  
 rit ad te multitudo maris). Ly. i. ha-  
 bitantium in insulis sicut partes de cilicia  
 anglia et alijs insulis maris (fortitu-  
 do gentium). Ly. i. ipsius romanorum quod  
 toti mundo dominabitur (venerit tibi)  
 quod impletum est tempore constantini impa-  
 toris (mundatio camelorum opiet te)  
 Ly. Constantinus enim imperator et mul-  
 ti alij potentes exemplo imperatoris annua-  
 tim divitias multas pro orbe miserie  
 super talia animalia ad sustentationem mi-  
 strorum ecclesie et pauperum christi et  
 edificationem ecclesiarum. (dromedarii  
 madian et effa) Madian et effa regio-  
 nes sunt trans arabias. et in istis ter-  
 ris nascuntur talia animalia fortia. Et  
 dromedarius est animal camelo minus  
 sed velocius. Vnde plinius dicit quod dro-  
 medarius est animal velocissimum gra-  
 cile et nervosum camelo minus sed lon-  
 ga habens crura et longissimum passum  
 tam suave quod sine magno labore suo  
 et sine fatigatione magna dromedan-  
 tis. i. insidentis ipsi animali currit in  
 fra diem naturale centum parva militia-  
 ria cortices arborum comedit aut mo-  
 dicum fenum vel ossa dactylorum. hec  
 ille (omnes de saba venient aurum et thus  
 deferentes et laudem domino annunciantes)  
 Ly. hoc impletum est in illis tribus  
 regibus qui venerunt ad adorandum  
 christum natum

**Dominica infra octavas epi-  
 phanie. 110. ij.**